



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrío, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Sectio V. De morbis varijsà dæmone illatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

fixam, brachia, crura ac totum deniq, corpus clavis refertum: qui clavi ipsum maleficarum in cunctis partibus affligebant eo modo, quo in figura cerea collocati erant.]

Lædunt igitur ista secundum malefici intentionem, actione illa externa, ex pacto cum dæmone inito manifestatam. Solemne denique hodie sagis nostris, effigies has baptizare in nomine Beel-zebub, & nomen occidendi illis indere.

SECTIO V.

De morbis varijs à dæmone illatis.

**N**Egant Auicenna, Galenus, & eo teste Hippocrates (nā Casalpinus aliud tribuit ei) morbos illos per dæmones mortalibus inferri posse, quos secuti Pomponatius & Levinus Lemnius. Non, q̄ dæmones id velle, non credant, quos malos esse non negarunt: non q̄ dæmonum vim minorem censeant, q̄ hominum aut animalium (hoc foret absurdissimum: sed q̄a morbi oēs naturalibus ex causis nasci queunt. Verum recta hæc ratiocinatio est, possunt morbi ex naturalibus causis oriri: nequeunt ergo dæmones morborum irrogatores seu immissores esse. Sane Codronchus, Casalpinus, Fernelius, Valæsius & alij optimi medicilib. superiorē citati, Arabius li. 1. contra Gentes, Tertul. in Apologeti. D. Hieron. in 4. c. Matth. D. Chryf. bo. 54. in c. 17. Matth. D. Tho. 1. p. q. 1. 5. a. 5. & alij Theologi contra sentiunt Iuriste quoque, ex quibus agnoscit Burchard. lib. 19. Decret. c. de re magica, & ap̄ime hoc probant Pet. Leloy. lib. 1. de spectr. c. vlt. & Grillan. sæpe citatus b, mihi nunc sufficiunt S. S. fimiora testimonia, q̄ qui non admittunt, habendi pro Ethnicis & Atheis. Iobum Diabolus percussit vlcere pessimo à plā-

**A**ta pedis vsq; ad verticē capitis sed & alios eadem morbos dæmoni, vt efficienti causæ, adscribit. In illa vnū diabolus aurium & linguæ vsu priuauit, & simul epilepticum reddidit, quem D. Mat. lunaticum vocat d, non q̄ dæmoniacus non esset, sed q̄ à dæmone obfideretur, & simul plenilunij temporibus, per dæmonē comitali morbo grauissime affligeretur: eo q̄ tunc cerebrum humorib. plenum ap̄ius erat exagitari. Solēt quidem alij esse lunatici, non obfessi à dæmone, & hoc sensu de lunaticis locut⁹ Iulius Firmicus e. Sed nostri Euangelistæ agebant de eo, qui simul energumenus. Epilepticorū quoq; dispositione gaudent dæmones, & ideo non raro se illis insinuant: & per illos, quo tempore corruerant, soliti respōsa dare. Apuleius, magnus magus s, traditur accusatus, q̄ seruum suum Thallum, remotis arbitris secreto loco, arula & lucerna & paucis concisijs, carmine incantatum, corruere fecerit, deinde nesciū sui excitauerit. Seruus hic morbo caduco laborabat, eo ignato sic abusus Madaurensis, vt à dæmone respōsum acciperet. hāc ille accusationem sic tractat, vt videatur fateri, certe non diluit. Si recentiores audiamus, Sprengerus g prodidit quandam maleficam epilepticum morbum certis infixisse, per oua cum mortuorum corporib. subtrimalata, præcipue ex earum secta inhumatis, & certis cum ceremonijs exhumatis, & in potu vel cibo præbitis. Apud D. Lucam h, vnū diabolus vexauit Maniaca illa affectione, quam lycanthropiam medici nominant, cuius præcipuum iudicium est, q̄ dominequeant contineri, & in deserta loca se proripiant, circaq; sepulchra oberrent. Aliam adfluxit conuulsione spi-

**B**

**C**

**D**

**E**

næ dorsi

b q. 6. v. 9. p. 1. 13. c. 106. 2.

d Mar. v. 17. Luc. 9. v. 19. Mat. 17. v. 14.

c li. 3. Me. rhes.

f. Apol. 1.

g p. 2. Mat. lei. q. 1. c. 11. in spo.

h Luc. 8. v. 27.

Luc. 13  
v. 11.  
na dorsi, quo loco dæmon ille vocatur  
spiritus infirmitatis, eo quod (vt subditur) eam vinxerat Sa-  
tanus, nam dæmones in S. S. nomen habent ab effectu: vt spiritu a-  
varitia, qui impellit in auaritia, forni-  
cationis, qui suasor turpitudinis, Saulé  
etiã dæmon per atrã bilem diuexabat  
aperte hoc illi sacra Historia tribuit,  
Exagrabat eum spiritus nequam, qui  
pulsante Dauid Citharã recedebat a.  
Hodie id vtinam nõ doceret experiẽ-  
tia quotidiana! Multa suppetunt exẽ-  
pla, vt ar duntaxat recentibus, quæ in  
iudicio comperta sibi Sprengerus p-  
didit, cuius & Niderii exemplis, libe-  
tertor, quia (quicquid hæteriei di-  
cãt) docti Theologi fuerit & in his, de  
quib. agimus, reb. exercitatissimi, & q-  
cunq. tradidere, his familia nostra  
videt ætas, & recetiores ea confirmãt  
omnia: deinde vivere ferme ante an-  
nos centũ, quo tempore nondum he-  
cesis Lutheri nata, vt causa nulla fue-  
rit, multa, q. huic cõtraria, confingen-  
di deniq. videmus tum Germaniam  
dæmonũ manifesta & crebra infesta-  
tione plenissimã fuisse, vt intelliga-  
mus eos tũ Luthero, & Zvinglio ho-  
spitium parasse, eorũq. quasi quosdã  
meratores præcessisse, vt & nũc Anti-  
christum præueniunt, eiusq. sunt veri  
anteambulones, Calviniani, Anaba-  
ptisteq. Sed pergamus, ignosce lector  
parenthesi non longæ, neque, præ a-  
moris vehementia, memoriã pditorũ  
fratrum sic deponere, vt non subinde  
& in animũ & in calamum incurrant.  
Sprengerus narrat b sequentia, Hone-  
sta quadam persona, & vni ex familiaribus  
Archiducis matrimonio copulata, in præsen-  
tia notarũ & c. secundũ formã iuris, depo-  
suit. Cum tẽpore virginitatis sue, cuiũ ex  
cuius famularetur, accidit, vt vxor illius

Agravi dolore capitis langue ret: pro cuius cu-  
ratione, cũ quadã mulier accessisset, & suis  
carminib. & certis praxis mitigare dolorẽ  
haberet, Ego, inquit, eius practicã diligen-  
ter obseruabam, perspexiq., quod cõtra na-  
turã aqua fusa in scutellã quandã, ipsa  
aqua in ollã aliã ascendisset, cũ aliis ce-  
remoniis, quæ recitare opus non est, confide-  
ransq., quod ex illis dolor capitis in domina  
nõ mitigaretur, aliquid indignata, hæc  
verba ad maleficã protuli: vos non facitis,  
nisi superstitiosa, & hoc propter commodum  
vestrum. Tunc malefica statim subiunxit,  
An sim superstitiosa vel nõ, tertia die tu sen-  
ties, quod rei probauit euentus. Nam tertia  
die mane, me sedẽte, & fuscũ apprehendente,  
tãtus dolor subito corpus meum inuasit pri-  
mo in interioribus, vt nõ esset pars corporis,  
in qua non punctiones horribiles sentirem:  
secundo nõ aliter mihi videbatur, nisi quod  
continue igniti carbones capiti meo super-  
funderentur: tertio in cute corporis, a verti-  
ce vsque ad plantas pedis nõ fuisset spaciũ  
acus, vbi non fuisset pustula sanie repleta.  
Sicq. in his doloribus eiulando, & tantum-  
modo mortem optando vsq. ad diẽ quartũ  
restiti. Tandẽ maritus domina meæ, vt sta-  
bulum quoddã intrarem inuixit. At ego  
paulatim incedendo, eo nõ accedẽte, dum au-  
te ostium stabuli eram: Ecce, inquit ad  
me, pecia pãni albi super ostium stabuli. At  
ego, Video, tunc ille, quãrum pores remoue,  
quia forte melius habebis. Tunc ego, quan-  
tum potui, vno brachio me ad ostium tenẽ-  
te, cum altero peciam apprehendi. Aperias,  
inquit Dominus, & considera diligenter i-  
bi reposita. Tunc, vbi peciam solui, plura ibi  
inclusa repperi præcipue autem grana que-  
dam alba, ad modum quo pustula inerant  
corpori meo, semina, quoque, & legumina,  
quorum similia nec edere poteram: aut in-  
tueri, cum osibus serpentum & aliorũ ani-  
malium intuita sum. Et sic stupefacta dum  
inquirerem à domino, quidnam agendũ fo-

ret. ut in ignem cū dā proicerem iniunxit. Proieci: & ecce subito non post hora spaciū, aut quartale, sed in momento, ut res illa in ignem fuerant proiecta, omnem sanitatem pristinam recuperavi.]

Idem subdit. Melier quaedam maritata & honesta accessit, & iuxta curis formā ut supra deposuit. Retro domum (inquit) habeo viridarium, est & illi contiguus hortus vicina mea. Vnde, cum quadam die tractum fieri ex horto vicina ad viridarium meum non absque damno perspexissem stās in ostio viridarij, & apud me ipsam conquirendo, & querulando, tam de transitu, quā de damno: vicina subito superuenit, & an suspectam haberem inquisiuit. At ego terrena, propter malam eius famam, nihil aliud, nisi hac verba, protuli, gressus in graminibus damna demonstrant. Tunc illa indignata quia ad eius sorte beneplacitum, me litigiosus verbis cum ea implicare volebam, abscessit cum murmure, & verba, quae protulit, licet audirem, intelligere non potui. Post paucos vero dies ingens infirmitas mihi incidit, cum doloribus ventris, & acutissimis torsionibus à latere sinistro versus dextrum, & vice versa quasi duo gladij essent pectori infixi, & sic die noctuque clamoribus vicinos omnes alios inquietavi, & confluentibus hinc inde pro cōsolatione, accidit, ut luti sigulus praefatam vicinam & maleficam adulterino flagitio habens in amasiam, simil. modo visitationis gratia accedens, & infirmitati meae compatiens post verba consolatoria abscessit. Sequenti tamen die festine redijt, & inter alia consolatoria subiunxit: Experimentum captam an ex maleficio vobis hac infirmitas cōtingeret, quod si sic repertum fuerit, sanitatem vobis recuperabo. Accepto ergo plumbo liquefacto, & me in lecto recumbente, plumbum in scutellam aqua plenam super corpus meū

A appodiando infundit, & vbi quadā imago & figura diuersarum rerum ex plumbo congelato apparuissent, ecce, inquit, ex maleficio vobis hac cōtingit infirmitas, & super limen ostij domus vna pars malefici continetur. accedamus ergo & illis amotis melius sentietis. sicq; maritus meus cum eo pariter ad tollendum maleficium accedunt; & luti sigulus limen eleuans marito iniunxit, ut manum in foueam, quae apparerat, mitteret, & quaecūq; inueniret extraheret, quod & fecit. Nam primo imaginem quandam ceream in longitudine vnius palmae, vndiq; perforatam, habentem duas acies ex aduerso per latera, ad modum quo ipsa punctiones à sinistro latere vsq; ad dextrum & cōuerso persenserat, extraxit: demum pecias panniculorum diuersas & plurimas, tam grana, quam semina, & ossa, continentes. Sicque illis in ignem coniectis ego conualui, sed non ex toto. nam licet tortura, & pūctiones cessassent, appetitusq; comedendi rediisset ex integro, tamen pristina sanitati vsque in praesens minime sum restituta. Vnde hoc, querebam, quod pristina sanitas non redibat: Respondit, sunt & alia instrumenta a libi abscondita, quae inuenire non valeo. Et qualiter prima instrumenta reposita agnouisset, dū inquirerē, respōdit, ex amore, quo amicus amico reuelare solet, hac cognoui.]

D His duob. subdit alia multa breuia, nata ex desiderio vlciscēdi, dum indignantur mulierculae, se ab amafis, ad nuptias cōuolantib. deferi, & vltionē minatae mox exsequuntur. Sed omnē superat admirationem, quod narrat Cornel. Gemma post calcem li. 2. Cofmocrut. narrat fule casum Catharinae Gualteri puellae Louanienis anno. 1571. quae, cum obrusum à gentili & coartanea libamēti frustulum comedisset, in morbi symptomata incidit

profus prodigiosa, quorum ipse spectator quotidianus, vidit illam eiicere tot & talia & tãta, vt ipse crediturus non fuerit oculis alienis. Octavo morbi mensis magno nisu per posticũ eiecit anguillam viuam & perfectam, crassitudine pollicati, longitudine sesquipedali: cui & squama, & oculi, & cauda vniuersa & anguillis solet. triduo ante quam foraserupit, auditum nar rat bis terve in vtero sonum non ipsi puella modo, sed adstantibus quoque velut argutum & tenuem ab angue productum: & cum egeret, manifeste puella retulit se sensisse quod primũ exserto capite se retraheret per posticum, inde cum impetu exiliret. Post anguilla, quam moriuam exenterat, amq; suspenderat, loco sublimi ab animalibus tuco, repente euanuit. Puella interim cepit euomere ingentem humoris aquosi copiam, humano lotio nõ ab similem, saporis absurdum. Durauit ea vomitio plus 14. dies, singulis profecto exonerans super libras. 24. vel vt vulgo nominant gheeltas tres: præterea vrinam interea quotidie reddebat bis terve copiosam. Nullus in ventre tumor, nulla in toto corpore inflatio exterius apparebat: & ipsa puella potus ac cibi parcissimi, vix vnum cyathũ, vini, aut cereuisia, liquorisve alterius potitabat. Eo venit hæc aqua excretæ abundantia, vt spatio duarum septimanarum facile omnes duas implere potuerit. Post hanc aqua copiam, ceperunt & pili consertim exire per vomitũ alui, copiosissimi numero, digiti longitudine sed longiores alij, alij breuiorẽs, eiusmodi sane quales annosis canibus euelluntur: auctaque est indies ea pilorum quantitas, vt facile pilas quam plures iuste magnitudinis implere potuerit: eiecit hos omnes magno fastidio & vomitus difficultate. Interiectis deinde nonnullis, successere aliqui vomitus, qui floccos ingentes pilorum eiecerent cum ma-

**A**teria purulenta instar saniei, interdum simili stercore columbino aut anserino: in qua colluue & frustra lignorum & membranarum tenuia rudimẽta, sed lignorum partes adeo viuæ, vt ex caudicibus obsoletis diffractis inæqualiter cõminuta portiones viderentur vnguis amplitudine, alia crassitie intus fungosa, foris obducta vetustiore cortice nigra. Paulo post cepit alius vomitus niger vt carbo, dixisset atramentum verum vel sepiæ succum, imo carbonẽs veros minutissime tritos atq; permiscos, singulis diebus prodeuntes ad quantitatem lib. 2. aut 3. sepiissime cum pilis tã copiosis, vt nuci iuglandi includi non possent, omnibus albis, prolixis, & durioribus: que cum per triduum ita durassent, eiecit semel & puri sanguinis tãquam è vena dissecta libras duas, nulli rei alterius generis permistas. A vomitu sanguinis rursum secutus est ater, ac si antimonio trito tinctus fuisset humor, omnino liquidus in dies singulos fere ad libras 5. aut 6. atque hoc portentum septimana integra constanti, bonarum lege ac spacio perdurauit. Cessauit aliquamdiu diuinis humanisque remedijs adhibitis. Interea pilos adhuc, sed pauciores, gradatimq; atriores excernebat, imo & breuiorẽs in dies vt cum prius ex flauo rufescerent, paulatim liuidi, nigri, tandem aterrimi ac velut dissecti in frustra minutissima per vomitum redderentur. Quandoque cum hũ & virulentus humor, & crassus, quandoque simillimus limo. Circa Septembris medium membrana frusta maiora, tanquam ventriculi partes, euomunt: habebant hæc speciem tunica crassioris, carnosæ, lentæ, fractuque contumacis: quibus, profecto vt sætus chorocidi, etiam venarum ductus inarati ramosa propagatione spectabantur, interdum medij palmi longitudine. Has alia sunt è vestigio subsecuta tenuiores multo, sed penitus nigra, venarum duntaxat vestigia referentes mē-

brane

br.ane allant oiedi non dissimiles. Postremo venerunt & tertij generis tunice vasorum profus expertes, aliarum omnium tenuissima, vt locum amnii retinerent. Sed erat his alia multo substantia atque figura ratio: quam in agnitis foetum inuolucris. Nam huic tenuitati aderat mira soliditas, figurarum ratio quouis miraculo maior. Fragmenta illius varia, sed tria praeter ceteris rara duorum palmorum amplitudine superabant, intertexta stris profundis sine epigraphis: quae sese à vertice ad basim secantes mutuo, cancellos in rhombi speciem efformabant, non habeo cui melius conferam quam cum senecta vipera: quanquam nihil haecenus à me conspectum fuit, cui posset merito comparari. Sed hoc in eo praecipue admirandum quod secundum longitudinis ductum, velut canalis quidam profundior apparet, in sculptis fibris transuersis & raris, profus vt in aspera pulmonis arteria. Erat haec regio penitus caua & circularis, in vnus membranae fastigio paulatim angustior, angustiam capitis vestigium representans, cum apophysi mastoeci, seu processu mammillari: in alterius sine sensim latefcens nescio quid ventricosum & inaequale etiam bifurcato vertici non absimile, praese ferret. Vniuersae partes inuicem coaptatae totius anguillae longitudinem atque crassitiam satis luculenter expresserant. Illud autem tuberculum papillare viam fuisse respirationis existimo, forte per quam & solidis & humidis ad sui nutritionem necessarius vesceretur. Postquam hasce membranas eiecit, secuti sunt lapides fere innumeri, quos vesperi semper ac stata horarum periodo magnis cum tempestatibus animiq; deliquis eructabat. Forma fuit eiusmodi, quae passim in vetustis edificiorum ruinis solet occurrere. Lapidis solidi, angulosi, inaequales, tum specie, tum magnitudine, quae subinde ad nucis inglandis quantitatem accessit, non

A absque suffocationis discrimine manifesto videbantur quandoq; obiecti calce, & coagmentati varie, vt ab illis, qui parietibus detrahuntur distingui non possent. Semel me praesente quendam eiecit lapidē angulosum vix cum duplicis castaneae mole l. brandum. saxum illud magna spiritus cōtentione proiecit, vt & vomentem viderim manifeste, & in lebetem sonitum cadentis audierim, magno horrore cum animi mei, tum turba vndique circumfusa. E vestigio magnam quoque ligni portionem pollicis longitudine pariter & crassitudine, sed minore difficultate secreuit. Erat hoc satis porosum staminibus rectis insignie, cui & commissura quaedam insignior velut per medium totius longitudinis excurrebat. Interea tamen, & pili per vices, sed minores ordine pauciores ac nigriores. Accessit aliud, quod omnem excederet fidem os n. triangulare solidum foris, intus cauum ac spongiosum reddidit, tale vt plane constaret esse fragmentum cruris bubuli, & puella parens diceret, se tale vidisse pridie in suis carnibus iurulentis. Nec mora, sequenti die articuli ossi, tali, digitorum acies, rotula, varia speciei & magnitudinis prodierunt. Interdum tamen & pili & lapides intermixti, atque omnium postremo vitri atque eris portiūcula. ] his narratis Gemma merito censet horum mirabilium Dei permissione dæmonē fuisset ministrum, qui causis tamē naturalibus, ordine etiam seruato, quoad potuit, vsus fuit. Idem vellē existimasset, eodē opere, de muliere alia, q̄ florente aetate per nouem continuos annos infandis doloribus intestinorum cruciata, primū crassior tunica rudimēta deiecit, deinde & arboris frusta ingentia pleraque pollicis crassitie, ac paulo etiā longiora, pariterq; omnia fere, quae ad arboream speciem pertinerent, folia scilicet laurinis foliis nō

abfimilia, radices, cortices, etiam que tomento alicui inclusos nucleos, nullo tamen vestitos putamine, ꝑ se ferrent. Quod ego mallem ad prodigiosos dæmonum effectus, quam ad naturales morborum *περὶ τῶν ἐπιπέδων* referre.

Ad eosdē effectus permittente Deo productos retulerim cruciatus corporeos B. Angelæ de Fulgino, quos his verbis describit: *Corporis sunt tormenta innumera à multis dæmonibus multipliciter excitata. Vix n. credo quod scribi posset infirmitates & passionēs mei corporis. Nam non remanet in me aliquod membrū, quod non horribiliter patiarer. nunquam enim sum sine dolore, sine languore continuo, sum debilis & fragilis plena dolore, ita quod oporteat me continuo latere. Non est in me membrum, quod non sit percussum, totū & penetratum à dæmonibus & semper sum infirma, & semper tumefacta, & plena doloribus in omnibus membris meis: ita quod cū magna pena possim me mouere, & sum fatigata tacere, nec etiam ad sufficientiā possum comedere. hinc discis sanctam hanc viduam fæmineo, vt Job virili sexui, exemplum patientiæ propositam. In vita B. Angelæ c. 19.*

De mentis abalienatione perpetua iam docui, dum de philtis differerē, Stiradio quoq; porione mens ab alienata à virgine venefica, lib. 2. Hist. Dubrauij. de modica ad tempus exemplū non iniucundum auditu narrat Mathiolus in Dioscoridem a de circulatoribus, haud dubie Magis Bohemię. In vinum (inquit) radices eiusdem puluerem, cuius gustatu fauces conuelluntur, immiscet, & cui fucum facere voluit, iubent, vt illo in vino intinctum digitum, quasi prægustandi causa sugat. Tum illico digitum vino madidum in os inditum, sibi mordicus, non sine dolore &

A clamore, premit inuitus, Interea, perinde atq; blanditiis, moerentem consolatur circulator, temporum, carpique arteriis alio oblinat medicamento: deinde nummum in terram proiectum hortatur vt tollat. Ibi ille pronus, primum se nequit attollere, mox vnguinis vi, amens factus, concidit statimque eius more qui metuit ne mergatur in aqua, natat. ac vociferatur, simul se fluctibus obruit. Ergo eum erigit circulator, ille: quasi vltimus iniuriam, primum maleficum obliquo ac toruo intuitu exprobare, mox hominem aggredi videtur: postremo fugientem circulatorē persequi, donec absterfo tandem illi medicamēti veneno, recipiat animam ac menti restituatur. Vbi autem ad se redit, quasi qui euaserit à mari naufragus, capillum vestimenta que veluti vela torquere exprimereque brachia tergere, & nares emungere, conspicitur. ] vt sola vis vnguenti hoc faciat, & non interueniat opera dæmonis, qui fieri queat, non intelligo.

Gētiles idem sensisse olim, probari possumus ex morbis, quos illi diis suis, hoc est dæmoniis, ascribebant: vt de Cereris, qui dicti quasi *Cereridi* *δημονιοδοντοισι*, de lymphatis, Panicis, similibusque iam tradidi. Ideoq; eos qui fanatici erant, & variis linguis in morbo loquebantur, *δραμνοδοντοισι*, vel ab Hecate, aut Heroibus infestatos, vocabant. b Quare & Leuinus Lemnius c tandem dat manum, & fateretur dæmones huiusmodi causas morborum accidentarias esse: Qui si causam accidentariam vocat, extrinsecam, efficientem tamen, nobiscum sentit.

E Restat explicandum, quo pacto dæmon morbos inferat: quod Frac. Vallesius accurate docuit. Nempe illum esse causam externam, eo quod extrinsecus aduenit corpus inhabitatur, &

b Lucian in Philopseu. Hippocrates de sacro morbo. c l. 2. de occult. nat. mirac. cap. 1.

D.

1 Sacra Philosoph. c. 28.

morbos illi illaturus. Si morbi ex materia pendeat, mouet internas causas. sic Melancholicos morbos excitat. Nam principio bilem atram, que corpori inerat, commouet, & fulgines in cerebrum, & internorum sensuum cellulas propellit. Deinde adauget bilem atram, ad motis causas exurētibus, vel detento isto humore, ne expurgerur. Epilepsiam paralytim & similes noxas infert, per succi crassioris delationē, obturatio vetriculo cerebri, vel obstructis radicibus neruorum. Cæcitatē causa est, vel surditatis, noxia excrementa ad aures, vel oculos coaceruādo. Sæpe etiam ad odium, amorem ad alias animi perturbationes inducēdas mouet imagines, vt in imaginatione firmius inhaereant. Ad corporeas vero affectiones excitādas, spirituolam ex ipso sanguine substantiam deligit, eam separans & expurgans à crassitie materia. deinde spiritibus istis utitur, quasi proximo animæ instrumēto ad efficacissime & velocissime agendum, Dico ex rebus venenosissimis eum educere quādam quasi quintam essentiam (vt ex gemmis & auro solēt chymici & eam inficere ipsos spiritus vitales, & sic eū malefico morbo imbuerē, quod aduertit prudenter Cæsalpinus *libr. de demon. inuestigat. c. 16.* Quod cum fecit, agre ars humana satis celebrata & efficacia remedia potest vel solēt adhibere: quo enim hæc materia subtilior & tenuior, hoc quoque ad lethum est acrior, & efficacior. Solet omnem præuenire medelā. Nec obstat quicquam, quin hæc ipsa damna inferat interdum per se, sine tali materia, vel interna agente causa, si impediatur vel lædat sensationes, vel spiritus animales detineat aut subtrahat, & aliis mille, quos nouit, modis. Qui

A vero morbi ab internis causis nō dependent, sed ab externo tantum impedimenti nocumento, vel noxiō afflatu, vt plurimum per se operatur, vt quando instrumēta maleficii, vnctiōnes, signa, defossa, vel similia, ad ipsū veneficium vim naturalem nullā habent sed sunt pro signis tantū, ad quæ ex pacto dæmon operetur, quod docuit idem Andr. Cæsalpinus *de operis ca. 17.* tum quoque potest per res externas homini vim aliquam facere, vt ille docet *capit. 8.* Veluti cum malefica irata pomum coctum manū alterius sic fecit conglutinari, vt & acerbissimum inferret cruciatum, & nulla arte posset dissolui, vel deglutinari, lege Nicol. Remig. *libr. 2. demonolat. capit. 4.* Quid ni credamus, cum etiam Catochiten lapidem Corficum legamus ea vi præditum, vt se iunctis corporibus agglutinet, & impositas manū detineat: *Solin. Polihist.* Quo pacto venefici morbi ab aliis dignoscēdi agam *lib. 6.*

#### SECTIO VI.

*De mira rerum solidarum atque magnarum in corpus in-gestione & egestione.*

E Prodigiōsi sunt pleriq; morbi per maleficium illati, sed omnium prodigiōsissimus mihi videtur, quando per os vel inum gutturē eiicit æger, spinas, ossa, ligna, saxa, frusta vitrorū, acus, cultros & alia ferramenta, glomos pilorum, pannos, setas, cornū lucerna, & huiusmodi, q̄ vel comestione, vel aliter in corp⁹ immitti potuisse videtur,